nuncupatur habens manubrium de ebore cum cartula mitto quatenus imposterum quam amissione dignam adiudicaueritis meo gladio succedatis. De cetero pro tot bonis pietatis habundantiam me in orationibus uestris obliuiscamini nec quod sit obliuione uestri quotidie memorabor ubi per pensum posco manum. valete. || Se

In illo tempore dixit ihesus discipulis suis parabolam hanc || secundum lucam. Homo quidam erat diues qui habebat uillicum et hic diffamatus est apud eum quasi dissipasset bona illius. Et reliqua. || Omelia lectionis eiusdem beati bernardi abbatis.

Huius sancti euangelii lectio quamuis sit utilitatis et historia simpliciter ad literam dicta et moraliter expedita prudens auditor aduertet si aurem cordis apposuerit et ex deo est. Sic enim ueritas ait: qui est ex deo uerba dei audit. qui subiungit reprobis dicens: propterea uos non auditis quia ex deo non estis. Dicamus ergo Homo quidam etc. Quantum ad literam nos dominicae non queunt literam enim post patet cuius non est utilis narratio minus doctis minusque capacibus ceteris sic exponenda. Homo quidam erat diues etc. Homo ille iste est de quo apostolus ait: In similitudinem hominum factus et habitu inuentus ut homo. qui quidam merito dicitur quasi singularis unus propheta. Homo est et quis cognouit eum. Nec sit dicit super excellentiam eius quis enarrabit. Sicut tamen fuit diues. Vere diues sicut scriptum est: Cum diues in omnibus fuisset factus est pauper pro nobis ut nos sua paupertate ditaret. Et item de eodem domino dicitur: In dextera eius ignea lex in sinistra uero illius diuitiae et gloria. Cui bene conueniunt quod de eo dicitur: In principio erat uerbum et uerbum erat apud deum et deus erat uerbum. Qui habebat uillicum. Reuera habuit uillicum et uillam quoniam domini est terra et plenitudo eius. Et ipse ait: data est mihi omnis potestas in caelo et in terra. Et in terra nihil uoluit possidere sicut idem de se met ipso ait: Non habet filius hominis ubi caput reclinet paupertatis nobis relinquens exemplum. Et in uillicum quem habuisset uideamus et uillam hoc modo. Villa est proprie terrena possessio pluribus uestita colonis. per quam significatur terrena haec corporis nostri compaginatio primo multis ornata uirtutibus quasi multis inhabitata uiris. In hac sua uilla dominus ad custodienda bona sua quae plura habuit in ea uillicum posuit interiorem hominem quem tantae ualitudinis fecit tantaeque discretionis ut ad imaginem et similitudinem suam formaret tantamque potentiam per se dans liberum arbitrium ut in qualibet partem boni mali ue flecteret. Villam etiam tantis muniuit praesidiis ut nullius ope praeter solius eius scilicet domini egeret contra quoslibet cuiusque impugnationis incursus. posuit namque in ea muros custodiam prudentiam defensorem fortitudinem dapiferam temperantiam iustitiam ad tuenda uniuersa iustitiam. Isti quattuor fuerunt sollicitudinis quantaeque strenuitatis in suis peragendis officiis ex eorundem propriis diffinitionibus uidetur quae sunt huiusmodi. prudentia est cognitio rerum appetendarum et fugiendarum. fortitudo est firmitas animi aduersus ea quae temporaliter sunt molesta. Temperantia est refrenatio cupiditatis aduersus ea quae carnaliter delectant. Iustitia est reddere unicuique quod suum est. Quo uero hae uirtutes quasi solertes uiri in uilla sibi commissa sua officia compleant

Villa

Prudencia
Fortitudo
Temperancia
Justicia

audiamus prudencia custos familie sue sic facit officium dicens Vigilate quia
nescitis qua hora dominus vester venturus sit sero an media nocte an galli cantu
an mane. Et Petrus quia non corruptibilibus auro vel argento redempti estis de
vana vestra conversatione paterne tradicionis sed sanguine quasi agni immacula
ti et incontaminati ihesu christi domini nostri. Non simus concupiscentes malorum neque ydola
tre efficiamini. avaricia quippe ypocrisis est ydolorum servitus neque fornicemur sicut
qui ceciderunt una die xxiij milia neque temptemus deum sicut qui a serpenti
bus perierunt neque murmuraveritis sicut qui perierunt ab exterminatore. Hec omnia
scripta sunt ad correptionem nostram in quos fines seculorum devenerunt. Fortitu
do quoque sic suos hortatur in acie dicens Estote fortes in bello et pugnate
cum antiquo serpente et accipietis regnum eternum. Et item Ne timeatis ab
hiis qui occidunt corpus postea vero non habent quid faciant. dominus fortis et po
tens dominus potens in prelio. attollite portas principes vestras et introibit rex glo
rie. Leo quippe rugiens circuit querens quem devoret cui resistite for
tes in fide. Cum fortis armatus custodit atrium suum in pace sunt omnia que pos
sidet. Itaque viriliter agite et confortamini et omnia vestra in caritate fiant. Empti
enim estis precio magno Glorificate et portate deum in corpore vestro sicut
portavit apostolus dicens Quis nos separabit a caritate christi tribulacio an
angustia an persecucio an periculum an gladius. Certus sum quia neque mors
neque vita neque presencia neque futura poterunt nos separare a caritate que
est in christo ihesu. Temperancia vero sic sollicitatur dicens Videte ne graventur
corda vestra in crapula et ebrietate et curis huius seculi. Scriptum est enim Ve qui
potentes estis ad bibendum vinum et viri fortes ad miscendam ebrietatem. Sed
eger ad medicinam sic ad sumendas dapes debet quisque accedere nam ecce eius
sua mala zodoma panis habundancia prout ad iherusalem dominus per prophetam dicen
te Hec est iniquitas sororis tue zodome saturitas panis et habundancia
Hinc apostolus ait Multi ambulant post concupiscencias suas quos sepe di
cebam vobis nunc autem et flens dico inimicos crucis christi quorum finis inte
ritus quorum deus venter est et gloria in pudenda eorum qui terrena sapiunt
Esca ventri et venter escis deus autem et hunc destruet. Nequaquam igitur
tollis voluptatum appetitus sed necessitati succurre. Iusticia autem sic vel
le iura tuetur dicens Quod tibi non vis fieri alii ne feceris quia hinc Salomon
ait Pondus et pondus mensura et mensura utrumque abhominabile est apud
deum Et quecumque vultis ut faciant vobis homines et vos facite illis Similiter
et sic implebitis quod moyses ait Iustus modius sit vobis equus et sex
tarius. Si vero debeat tibi quippiam frater tuus et abstuleris ab eo pig
nus ante solis occasum pignus restitue. Nisi habundaverit iusticia vestra
plus quam scribarum et phariseorum non intrabitis in regnum celorum quorum legis
lis erat iusticia oculum pro oculo dentem pro dente ustionem pro ustio
ne. Vobis autem dico diligite inimicos vestros benefacite hiis qui vos oderunt
neque malum pro malo reddentes nec maledictum pro maledicto sed contra
rio benefacientes. Hinc paulus ait Nemini quicquam debeatis nisi ut invicem

diligatis di

diligatis. Si inimicus tuus esurierit ciba illum; si sitit potum da illi. Hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius. Sic itaque vos ego instruo et volo fieri.

In hac etiam villa dedit dominus quasi rusticulos habere qui redderent ei fructus usurarios temporibus suis, qui sunt huiusmodi: bonitas, benignitas, modestia, mansuetudo, concordia, pax, patientia, mundicia mentis. Super hos enim posuit ad custodiendum si deliquissent qui accusaret, qui iudicaret, qui punirent. Conscientia quippe ipsa est accusatrix, memoria testis, ratio iudex, timor carnifex. Quod enim conscientia accusat, memoria testificatur, et ratione iudicante timor exequitur dicens: Dominus regnavit, irascantur populi; qui sedet super cherubim, moveatur terra. Ignis in furore eius exardescet, et in circuitu eius tempestas valida. Et impiis dicet: Ite maledicti in ignem eternum qui paratus est diabolo et angelis eius, ubi ignis est qui non tepescet, vermes qui non moriuntur, tortores qui non lassescunt, ubi nullus ordo sed sempiternus horror inhabitat. Villam suam hiis aliisque rusticis fortem tradidit dominus villico pluribusque plenam bonis, quibusdam corporis, multis propter ipsum hominis interioris. Septem quippe sunt hec bona corporis: pulcritudo, fortitudo, velocitas, libertas, sanitas, voluptas, diuturnitas vite. Septem quoque sunt bona anime: hec sapientia, amicitia, concordia, honor, pietas, potestas, iocunditas. Preter hec propria sunt multa data rusticulis, aliis hiis et aliis hiis. Bona enim sunt divitum divitie sue, ne eos paupertatis molestia frangat. Bona sunt pauperum penurie sue, quibus castigantur ne per incontinentiam defluant. Fortium fortitudo ut ad bona opera convalescant. Debilium imbecillitas qua refrenantur ne quod volunt malum perficiant. Sapientum sua scientia qua illuminantur ut proficiant. Insipientium sua simplicitas qua humiliantur ne superbiant. Omnino quicquid in hac villa singulus possidet prius conditor [illegible] in sua bonitate est ad bonum nostrum nobis cotidie confert, scilicet vel ad exercitationem patientie vel ad profectum virtutis. Sed ut verbis beati Gregorii utar: que ad usum accepimus vite, ad usum convertimus culpe. Valitudinem corporis in usum consumimus vitiorum, bona mentis in usum expendimus vanitatis. Et hoc est quod dicitur: Qui diffamatus est apud eum quasi dissipasset bona illius. Operepretium est scire quis diffamaverit vel [illegible] vel unde prodierit infamatio. Peculiaria ipsa est que diffamavit infamiam. Que tunc dicitur infamare cum non erubescit indulgentiam suam proclamare. Sicut dicitur: Nullum pratum sit quod non pertranseat luxuria nostra. Coronemus nos rosis antequam marcescant; ubique relinquamus signa letitie nostre. Quippe hec talis locutio plane infamatio est. Fit autem triplex vox, scilicet cogitationis, locutionis et operis. Habet enim cogitatio vocem suam. Unde dicitur cogitanti Moysi autem: Quid clamas ad me? Et David ad dominum: Cogitatio hominis confitebitur tibi. Habet et opus vocem suam. Unde dicitur ad Cayn: Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Procedit autem infamia nostra ex hiis que facimus aut contra naturam aut contra legem aut contra consuetudinem. Hiis tribus modis quicquid agimus vertitur in peius. Et quia villicus bona domini sui in hec dissipavit, dictum est ei: Quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis tue, iam amplius non poteris villicare. Illud non semel aut

iterum sed tertio iam comminatur dominus villico suo videlicet ante legem sub lege sub gratia
et per nos nuntios per quos omnia sua verba sua dicat idest per homines eiusdem per-
sonam per fundare mandatum huius dominus servis sua solet notificare atque per hos
alios quibuscumque videt eam quibus ... solet timor et non nuntiat illis servis ista
tria que semper habere solet clavam comminationis videlicet regnum ... [illegible]
dolores ad generandum terrores ad videndum errorem ad habendum merorem incipienti-
um proficientium perficientium || Nota quod hec facta significant invisibiles pe-
nas huius domini que non conveniunt servum suum sed ad reddendam rationem provisione
et cum quando videret sic quoque visus est abraham dixisse cum legitur ad eum
de sodomis descendam et videbo utrum clamorem qui venit ad me opere compleverint
et hic iste nuntius non statim debet dare fidem quibuslibet verbis sed
si sit verum ut dicitur prius adhibere cautelam || Sequitur Quid faciam hec sermo
initium de premissa comminatione procedit sic utique quidam cum mortem sibi veni-
re de prope vident se male vixisse scientes inde provenit quid facere
vel qualiter eam evadere possint sermo suus amarissime exequuntur dicentes quod
faciam fodere non valeo mendicare erubesco hec duo verba in persona illorum lo-
quitur qui hec duo timent in penitentia scilicet afflictionem corporis et paupertatem
quorum alterum intelligitur per fodere alterum per mendicare Ut enim sic moraliter dicam
fodere est sarculo compunctionis et aratro confessionis in fructus bone operationis
cordis nostri ingeria dissolvere quod facere propheta nos admonet dicens Scindite
corda vestra et non vestimenta vestra Et hoc est illud quod ait custos vinee
de sterili ficulnea ad dominum suum dimitte eam et hoc anno ut ego ponam fo-
diam circa illam et apponam stercora sed hec iste de quo hec agitur primo facere
pertimescens ait fodere non valeo cum quo recte per Salomonem dicitur piger propter
frigus arare noluit mendicabit ergo estate et non dabitur ei quoniam enim propter
pigritiam mentis aut temporis maceriam se per penitentiam et affligere negligit in
fatuitate in iudicio velut in estate clamavit querens requiem sed non accipiet
quia propter illam operam contempsit || Sequitur Mendicare erubesco hec legitur ad
litteram timentes Sunt enim quidam qui erogando sua pauperibus ad passionis redime-
re vellent et hec cogitando proficiunt sed postmodum timentes ne egeant ergo
egestatis timores fiunt et ab eo quod inde receperant se suspendunt propterea quod videt
aliquos qui sua sic se dedisse fuerunt et penitent de quibus bene per Salomonem
dicitur qui observat ventum non seminat et qui considerat nubes numquam metet
Venti nomine malignus spiritus qui mentem temptationibus impellit et nubis appel-
latione peccator exprimitur Qui ergo attendit ventum non seminat id est qui
temptationes maligni spiritus metuit et ingruentem lapsus conspicit in bono opere neque
exercet nec in iudicio quo consolet invenit sed et nunc quoque velle sicut propterea quoniam
ut villicus paulo ante dixerat fodere non valeo mendicare erubesco penitentias
subiungit quod sequitur Scio quid faciam videte quid faciat timor quippe peritus
est domino suo ipse est qui quod dominus iubet homines facere cogit Certe iste villicus
hodie non dixisset scio quid faciam si non timuisset sed timuit quoniam ille subito
timor adveniens clava comminationis tales ei ictus impressit dicens Audis

miserabilis audis evigila tandem quia hora est iam te de pigricia surgere
si non amore saltem timore evigila crux enim tibi duplex dura paratur altera
anime corporis altera postmodum corporis et anime perhennalis. Cogita ergo cruciatus
tuos quos presencialiter medullitus senties iam in morte. Mors namque ipsa est crux
horribilis ad quam tu cotidie festinas et non attendis. Vide quomodo mors te
crucifiget crura [illegible] distendit manus et brachia decidit pec
tus anhelat cervix languescit labia spumant oculi stupescunt vultus
horrescit fauces exsudat et morte tota pallescit. Et hec utique que videmus
deforis et que sentimus levia sunt ad ea que intus anima miserabilis iam pati
tur nam sensus a corpore cito recedit. Audi quomodo sua mors comminatur eidem qui
aut curiositatis te maneat. Audi quid propheta de peccatoribus dicit: Sicut oves in
quod inferno positi sunt mors depascet eos. Et ob timorem [illegible] a fugere in
[illegible] ad arbore nimium. De quo et alibi dicit: Quis poterit ex vobis habitare cum
igne devorante aut quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis. Hoc
audiens villicus plane si timuerit ne miretur. Et notandum quod timor iste
quadriformis est scilicet mundanus servilis initialis et filialis. Mundanus qui facit
recedere a bono pro evitatione pene. Servilis qui facit a malo abstinere pro evi
tatione pene mali retinens voluntatem. Initialis timor inchoans de quo dicitur
per prophetam: Inicium sapiencie timor domini. Filialis de quo per eundem dicitur: Timor domini
sanctus permanet in seculum seculi. In duabus formis utilis est hominibus semper talis
[illegible]. In initiali taliter formidans ut modo dictum est ad villicum venit propter quod
ait: Scio quid faciam ut cum amotus fuero etc. Hec amotio nichil est aliud quam
hominis decessus idest anime a corpore separatio. Et notandum quod sic nos exponimus non
oportet quia ipsemet suum sensum sciebat quid facere vellet innotuit per hoc quod sequitur
dicens ut cum amotus fuero a villicatione recipiant me in domos suas. In hoc
ipsum sensum exposuit mentem poete dicentis: Scire tuum nichil est nisi te scire
te hoc sciat alter. Visus siquidem est minus hoc dixisse scilicet qui sunt qui recipe
re eum debeant quod tamen dicens in domos suas sufficienter comprehendere annotasse. Sunt
namque qui hunc recipiunt quorum sunt domus celi et eterna tabernacula et hi qui
sunt dominus ad discipulos suos loquens patenter ostendit in illis verbis suis cum dixit
Sinite parvulos venire ad me talium enim est regnum celorum. Ab his ergo nunc
est eorum regnum celorum quorum est. Vere nunc est quia non habemus hic ut apostolus
manentem civitatem sed futuram inquirimus. Et iterum de se suis quod confidens ait: Sci
mus quia si terrestris domus nostra huius habitationis dissolvatur quod habemus ex deo
domum non manufactam eternam in celis. Hanc utique nos eorum docet dominus in subsequentibus
tibi dicens: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis ut cum defeceritis recipi
ant vos in eterna tabernacula et hoc in loco suo exponetur non modo sed videamus
quid sequitur. Convocatis singulis debitoribus etc. Memini me supra dixisse in
secundam et terciam cum aliis multis quasi incolas esse et debere eas huic
diviti domino reddere suos effectus conscii fructus operum suorum per manus villici. Nichil
est ergo aliud quod dicimus villicum debitores domini sui convocasse nisi unumquemque
in corde suo quid fecerit ut quod fecisse debuerit iuxta posse vicium suarum penitere

De quadriformi timore

tasse quod quotiens agimus facere per omnia reos nos esse agnoscimus pro pietate
in eo quod per caritatem largius erogasse debuimus et in eo quod per misericordiam illis
qui nos iniuriaverunt condonasse perfectius debeamus et hoc datur intelligi in huius
questionis scilicet quantum debes domino meo. Respondet centum cados olei per centum enim sig
nificatur perfectio per oleum misericordia. Est ergo sensus debeo centum cados olei
idest quod michi iniuriantibus perfecte dimisisse debueram non dimisi. Cui subsequenter ad
iungitur Sede cito scribe quinquaginta. novimus quod sedere humilitatem cito festinatio
nem scribere firmitatem quinquaginta penitentiam designat et super hiis documenta
habemus exempla. Sed quia satis est notum non exponimus sed quod sibi verba velint
dicimus. Cum ergo dicimus sede cito et scribe quinquaginta idest ac si quis dicat
sibimet ipsi aut proximo suo. Quia fecisti te peccasse in tua humilitate te cito
firmius premunire in penitentia || Deinde alii dixit tu vero quantum debes. Centum
choros tritici. Fere eadem est hec questio et in illo cum prima excepto quod illa est de
indulgentia et hec est de caritate hec enim frumentum caritatem designat
quemadmodum supra per oleum misericordiam diximus designari. Hoc utique
huius questionis in illo nobis innuit quod qui secularis huius substantiam possidemus perfecte
egentibus erogasse debuimus quod si non fecerimus cum possimus apud summum
patremfamilias debiti vinculo obligamur sicut scriptum est Qui habet substantiam
huius mundi et viderit fratrem suum necessitatem habere si clauserit viscera sua ab eo
quomodo caritas patris non est in eo. huius tamen obligationis nodus solvitur rumpitur si
hoc perficitur quod sequitur scilicet Sede cito et scribe octoginta idest humiliare sicut
exposuimus in observatione mandatorum dei et certa spe beatitudinis eterne
De cado et choro dicunt alii pro habundantia sensus sui quod senserint. Ego
super hiis nichil aliud dico nisi quod unumquodque vas est ad mensurandum in suo genere
et hec significare puto mensuram idest discrete debere agere penitentes quasi
sic credunt hostes ne peccatum irruant [illegible] quia scriptum est Si recte offeras et
non recte dividas peccasti. Recte offerimus cum bono studio bonum opus agi
mus sed non recte dividimus si discretionem habemus in bono opere proponimus quasi
qui dissimulat et recte offerens sicut beatus ait Gregorius peccat. Sequitur
|| Et laudavit dominus villicum iniquitatis eo quod prudenter egisset. Hic quidam mi
rantur unde hec laus processerit cum non deceat ad [illegible] debuisse sed
curasse quod si quid egerit attendat potius imitari debet villicum quem admira
ri [illegible] enim prudenter egit qui que reddere non potuit ne super hiis argu
eretur furto [illegible] et secundum apostoli verba dicentis si non caste saltem caute
est nusquam minoris culpe quilibet [illegible] si ceteris [illegible]
tollat contagionem peccati et [illegible] sibi [illegible] summa quod prudentia fuit qua apud
quos reciperetur effecit si amoveretur a villicatione || Sed et auctus legi
plane secundum moralem intelligentiam multa laude est dignus qui relicto errore
pristine conversationis divini deo satisfaciens redit ad gratiam et propter hec
dominus eum laudavit quasi sic hec [illegible] vel hec [illegible] dicit fecisse prudenter egit
Nec moveat quemquam quod dicitur iniquitatis non enim pertinet hic [illegible]
ad laudem sed ad eos qui audierunt tollendam desperationem sicut dominus testa

tur. per prophetam dicens Multiplicate sunt infirmitates eorum postea accele-
raverunt non congregabo conventicula eorum de sanguinibus nec memor ero nominum eorum
per labia mea. Ad hoc enim mattheus suum cognomen retinuit publicanus. // Hoc
quod sequitur quia filii seculi huius prudentiores sunt in generatione sua filiis lucis dominus
nobis ut secularium utilem imitemur prudentiam sicut moyses ibi nos instruere docet
dicens Cum egressus fueris ad pugnam si videris mulierem pulchram et adamave-
ris eam rades ei cesariem etc. et erit tibi uxor. Et dictum est simul etiam ad
magnam nostram erubescenciam ac si dixisset nobis illud prophete Erubesce sy-
don ait mare. Grandis enim nobis debet esse verecundia quod filii perditionis promp-
tiores sunt in appetendis malis quam nos sumus in celestibus gaudiis de quibus beatus
gregorius ait Qui celestis vite dulcedinem in quantum possibilitas admittit perfecte
cognoverit ea que in terris amaverat libenter cuncta derelinquit. Et ad hec ita-
que eum dicitur Facite vobis amicos de mammona iniquitatis ut cum defeceritis reci-
piant vos in eterna tabernacula. bonus sermo et omni acceptione dignus docens
nos illis amicicias inquirere qui nos possint in eterna sua tabernacula collocare
Qui videlicet sunt illi nisi quos supra breviter annotavi pauli et pauperes christi quos
quia dominus amavit ipso teste qui ait Vos amici mei estis ab hiis nos facimus ama-
ri decet quod idem dominus nos docuit dicens de mammona iniquitatis. Vile est precium sed
emptio multa. Mammona namque divicie nuncupantur que dicuntur inique non propter
se sed propter iniquitatis effectum qui evenit ex se sicut arbor illa que appella-
ta est scientie boni et mali non quod illam haberet scienciam sed quod tangentes eam contra pre-
ceptum boni et mali contingeret esse scientes. Patet hic satis ostenditur quod ex simili po-
ssunt amici superni cives haberi ex quorum amiciciis quis fructus nobis prove-
niat veritas subsequens ostendit cum dixit ut recipiant vos in eterna taber-
nacula. // Videtur hic circa questio in eo quod pauperibus attribuitur susceptio et
retributio benefacientium sibi cum domini solius dei sit. Veniens ex eius multum in
sententiam et gratiam que multum facile solvitur si attendatur quod dei filius nostram com-
munionem suscipiens factus pauper pro nobis id quod pauperibus erogatur sibi factum fuisse
dicit et se retribuere beneficientibus quod ibi testatur ubi de pauperibus loquens ait Quamdiu
fecistis uni de minimis istis et mihi fecistis Esurivi et dedistis mihi manducare sitivi
et dedistis mihi bibere etc. Venite ergo percipite regnum quod vobis paratum est ab origine
mundi. Sollicitent ergo fratres mei sollicitent pauperibus erogare consilio domini Sed quia
interest inter pauperes et pauperes quod dominus ibi visus est annotasse cum diceret Beati pauperes
spiritu de paupertate talis facienda est divisio que designet quibus proprie debemus
largiri. pauperum igitur alii naturales alii locupletes alii spirituales. Et huius divisio-
nis unum membrum bifarie subpartitur quod hiis pretermittendum relinquimus qui ma-
gis de minimis sciunt extrahere preter quod hoc solum dicimus quod naturalibus egenis et spiritua-
libus proprie manum nostram porrigere monemur verbis apostoli pauli dicentis Bonum
operemur ad omnes maxime autem ad domesticos fidei Et quia sunt qui petunt
sunt et qui verecundantur cum superest unde possit haberi demus utrisque. De pe-
tentibus enim dominus ait Omni petenti te tribue. De verecundis beatus augustinus super hunc
versum Qui producit fenum iumentis et herbam servituti hominum. Hoc in ...

[illegible] est [illegible]

inquit qui porrigat vere penitenti. De omnibus differentiis ubi dicitur date et
dabitur vobis. Etiam illud date elemosinam et ecce omnia munda sunt vobis. Et iterum
illud Ignem ardentem extinguit aqua et elemosina resistit peccatis. Et hinc est illud
Conclude elemosinam in sinu pauperis et hec orabit pro te. Et bonum patri filio ait
Si multum tibi fuerit habundanter tribue si exiguum et illud libenter impartire
Quod tam sollicite omnes agere studeamus quatenus in eterna tabernacula
recipi mereamur per dominum nostrum Ihesum Christum salvatorem nostrum qui cum patre et spiritu sancto vi
vit et regnat deus per omnia secula seculorum amen.

In solempnitate beate Marie Magdalene. Sermo xxlvij.

Hodie nova et vetus obviaverunt sibi et multitudo miserationum
domini in peccatricem ferarum refusa est. Filius enim virginis peccatricis
et menstruate manibus attrectatur deusque dei filius mulieris [illegible]
tangit. Tangit pedes munde atque mundantis inmunda et vestigiis [illegible] mu
lier [illegible] prorumpit [illegible] in affectum cordis [illegible] et redit ad
cor et magnitudinem scelerum lacrimarum multitudo contemperat. dissimu
lat pietas tangentis officium et obsequium [illegible] remuneratoris ille
maiestas [illegible] felici dedignatione non inspicit. osculatur Maria pedes
Christi frequentibus osculis et oculis inundantibus vestigia redemptoris in
fundit, tergit crinibus, odoriferis illinit et irrigat unguentis. videt
et invidet singularitatis amator et utrumque redarguit phariseus [illegible]
[illegible] ignorantie presumptionis illius sed deliberatius providentia suspen
dit iudicium dum affectum obsequii et [illegible] retinet propositum do
nec Maria sacrificium in holocaustum perficiat. Gaudent angeli super
peccatrice penitentiam agente et odoris fragrantia celestis ille conventus
aspergit salvantem et salvandum totum [illegible] dulcedo perungit. ubi habunda
vit delictum superhabundavit et gratia et maiestatem [illegible] preponderans
pietas includit. O quam magna multitudo dulcedinis tue domine in peccatricis
confessione quam iusta reprehensio in pharisei superbia et abusione. Commemorat ob
sequentis obsequium et per obliquum tangit indignantis iniquitatem totam [illegible]
cohercitam Symonis [illegible] impugnante. Et quia ubi spiritus domini ibi libertas di
mittitur illi primum que multum dilexit. Remittitur illi qui multum neglexit
non erat sanatus ab uberibus sponse nec [illegible] compassionis affectum le
gem relegens que misericordiam nescit novit iustitiam. Lex dura duris
et lapidibus promulgata primum [illegible] nescientis misereri. lex excludens pen
itentie locum veniamque negans [illegible] ignara. Lex vinum durum et acidum
de botris amarissimis elicitum [illegible]
tibi propinatum vinum de quo dentes bibentium obstupescunt. Non de germine
vitis illius quod salvator bibet novum in regno patris sui. Vere meliora
sunt ubera sponse vino isto. Quia non sunt ista [illegible] procedit in medium Paulus
apostolus et ubera felici lacte manantia nobis assignet. Gaude inquit cum
gaudentibus flere cum flentibus. O quam brevi sermonunculo totius religionis
depinxit insigne. quam eleganti clausula proposuit pietatis equitatem